
翻 訳

アンドレアス・カペラヌスの
「恋について」(5)

丑 田 弘 忍

D. Nobilis plebeiae.

Si nobilis sibi velit plebeiae amorem eligere, talieam debet sermone allicere. Primitus eam suo more salutet, secundo potest, si voluerit, etiam sine licentia iuxta ipsam sibi eligere sedem, et hoc propter maioris ordinis praerogativam. Regulariter enim tibi trado, Gualteri, quod ubicunque masculus maiori censetur ordinis praerogativa quam mulier, potest sine licentia iuxta ipsius latus sedere, si velit. Si vero eiusdem ordinis inveniatur, potest licentiam petere, ut sibi iuxta eam pateat sedendi licentia, qua concessa cum ea sedere poterit, aliter vero nequaquam. Ubi autem minoris ordinis sit masculus quam femina, licentiam iuxta eam sedendi non debet exposcere, sed inferiori loco licet sedendi postulare licentiam. Si tamen ipsa concesserit ei iuxta suum latus sedere, sine timore potest eius voluntati annuere. Postmodum autem sic ei loquatur:

Nuntius sum quidem vobis ab amoris aula transmissus, qui vestrae prudentiae cuiusdam dubitationis mandat dissolvere nodum: Cuius scilicet sit mulieris magis laudanda probitas, utrum nobilis sanguine an illius, quae cognoscitur generis nobilitate destitui?

Mulier ait: Minus apte mihi tale videtur dari definiendum indicium, quum me ipsam praesens tangat articulus, et in propria causa cuilibet sit iudicare prohibitum; quia tamen mihi non licet delegationem recusare amoris, quid super isto sentiam articulo, mea curabo definitione monstrare. Ex tuis temen assertionibus aliquid super hoc primitus volo percipere, ut patrocínio instructa laudabili nulla super hoc negotio me valeat falsitas obumbrare. Nam prima videtur facie sanguinis probitas magis laudanda; ea namque, quae secundum cuiusque noscuntur provenire naturam, magis videntur appetenda, quam quae

小貴族の男が庶民の女に話す

もし小貴族の男が庶民の女との恋を選ぼうとするならば、次のような言葉でもって彼女を引きつけねばならない。まず彼は彼女に彼なりに挨拶しなければならぬ。次に望むならば、さらに彼女に許しを求めることなく、彼女の側に席をとってもよい。これは彼の高い階級の特権の故である。ゴーチェよ、なぜならば、男が女よりも高い階級を有しているとみなされる場合には、望めば許しなく彼女の側に座ることが出来るのは普通の事であるから、しかし同じ階級であれば、彼女の側に座る許しが与えられるように許しを求めることが出来る。彼女が許せば、彼女の側に座ることが出来るが、さもなければだめである。ところで、男が女よりも低い階級であれば、彼女の側に座る許しを求めてはいけぬ。しかしより下の席に座る許しを求めることは出来る。しかし、彼女が彼女の側に座ることを彼に許すならば、恐れることなく彼女の意志に従うことが出来る。その時にはこのように彼女に言わなければならない。

「賢明なるあなたに疑いの芽を摘むことを命じる使者として私は恋の宮廷から遣わされました。どちらの女の優れた性格が讃えられなければなりませんか、高貴な血筋の女ですか、それとも高貴な家柄ではない女のですか。」

女は言う、「そのような考えに判断を下すことは私にはふさわしくないように思われます。なぜならば、この問題は私自身にかかわっていますし、自分自身のことには判断を下すことは誰にも許されていませんから。しかし、恋の命令を拒絶することは、私には出来ませんから、この件について私が思うことを、表わしてみましよう。しかし私はまず第一にこの件についてあなたの御考えを御聞きしたいのです。といたしますのは、この件について、あなたのすばらしい弁論に教化されて、私が誤りを犯さないためです。一見して、血筋の高貴さが、一層の賞讃を得ているように思われます。なぜならば、本性に従って生じると思われるものは、外から、いわば別の

extrinsecus et quasi aliunde adveniunt. Nam et in ipsis mulieribus naturalis quam appositivus color dignoscitur honorari, magisque placent ab homine verba prolata quam a pica loquente. Et aptius valde rubentis scarlati color in Anglicana videtur lana residere quam in agnino pilo Campaniae sive Italiae. Sic magis forte congruit nobili sanguini probitas quam ex plebeiorum stipite derivatis.

Homo ait: Miror, si hoc mente geris animoque sentis, quod lingua narrare videris. Nec enim, quod dicis, recte potest per exempla demonstrari proposita, quum in illis omnibus humanum artificium commendetur, et naturalia accidentalibus praeferantur. Sed in plebeia probitas ex solius animi innata virtute optima mentis dispositione procedit, et sic quasi naturale censetur. Tua igitur non possunt exempla procedere, unde merito dicendum credo, magis in plebeia quam in nobili probitatem esse laudandam. Carior enim reputatur fasianus ab accipitre quam ab asture captus, magisque meretur praemium, qui plus, quam debet, exsolvit, quam qui, quod praestare tenebatur, exhibuit. Praeterea magis approbatur illius doctrina magistri, qui ex ineptis noverit lignis aptam fabricare naviculam, quam qui ex optimis et bene compositis lignis aedificat. Et nonne maius ac laudabilius homini reputatur, si aliquam ex se ipso peroptime artem retineat, quam si eam ex artificio sumpserit alieno? Certe utique est verum, si fateri volueris. Merito ergo in praesenti negotio nobilis sanguine contrarium meretur calculum reportare.

Mulier ait: Multum videtur mihi super tua admirandum prudentia, quod tam evidenter contra te ipsum tuis niteris sermonibus allegare. Nam quum nobilis sanguine ac generosus inveniaris, patenter ipsi conaris nobilitati detrudere et contra ipsius placitare iura contendis; quia vero tua rationabiliter dicta defendis, in hanc declino sententiam, ut magis in plebeia quam nobili probitatem laudandam existimem,

ところから来たりたるものよりも一層求められるにふさわしいように思われますから。女の場合には、自然の(肌)の色は化粧したよりも賞讃されると判断されます。また、人間によって話された言葉は、言葉をしゃべるおうむの言葉よりも一層好ましいものです。緋色はシャンパーニュやイタリアの小羊の毛よりもイギリスの毛織物により一層ふさわしいように思われます。⁽¹⁾ 同じように、ひょっとして、優れた性質は庶民の幹から出でたるよりも高貴な血筋からの方にふさわしいかもしれません。」

男は言う、「口で言っていることをもしあなたが心に抱いているならば、驚いたことです。なぜならば、あなたの言うことは、あなたが示した例によっては正しく証明され得ませんから。というのは、すべてにおいて技巧が入っています。不自然なものよりも自然なものの方が好まれるものです。庶民の女の場合には、優れた性質は、ひとえに心の生まれながらの徳から心の最良に整った状態の下で生じます。従って、あなたの例は成り立ちません。それ故、貴族の女においてよりも、庶民の女においての方が優れた性質は賞讃に値すると言われるのは正しいと私は思います。お・お・た・かによって捕えられたきじよりもわしによって捕えられたきじの方が価値が高いと考えられています⁽²⁾。返さねばならない分だけを返す人よりも、借りたよりも多くを返す人の方がたくさんの報酬を受けます。さらに、不適當な材木から立派な小舟を作ることの出来る職人の教えの方が、最良で適した材木から作る職人の教えよりも一層受け入れられます。あなたがもしそれを認めようとするならば、とにかくそれはたしかに正しいことです。従って、目下の問題において、高貴な血筋の女が反対の判断を受けるのはしごくあたりまえのことです。」

女は言う、「あなたはかくも明確に御自分に反することをおっしゃろうとされますから、あなたの才覚にはことさら驚いています。なぜならば、あなたは高貴な血筋で高貴な家柄でいらっしゃるけれども、あなたは明らかに貴族をおとしめようとし、貴族の権利に反対しようとしていらっしゃるから、しかしあなたはあなたの説を論理的に守っていらっしゃるから、優れた性質は貴族の女においてよりも庶民の女においての方が賞讃される

quia omne bonum, quod est raram, caro carius esse nullatenus dubitatur.

Homo ait: Tuam valde instam sententiam reputo atque rectam satis opinor, et ideo necessario me lateri oportet, potius esse quaerendum amorem probitatis multae plebeiae quam nobilis nimia probitate decorae. Quum ergo plebeiorum genus nimia in tua persona probitate meruit exaltari, non immerito te mihi solam ex universo mulierum consortio dominam praelegi et per te solam cuncta disposui peragere bona. Et ideo Deum indesinenter exoro, ut tuo semper inserat firmum cordi propositum mea servitia continuo capere, ut quotidie in benefaciendo meus possit aninus incrementa suscipere, atque per hoc valeam ad optata digne munera pervenire.

Mulier ait: Non videtur multum tuae nobilitati congruere ad plebeiae mulieris ordinem declinare vel ex plebeia amorem appetere, nec videris ex meritis nobilitatis nomen adeptus, quum a nulla tui ordinis femina amari merearis; et qui in proprio minus bene invenitur ordine militare, non creditur in alieno suam recte gestare militiam. In proprio igitur ordine requiras amorem et in alieno genere constitutam non coneris impetere, ne propter talem valeas praesumptionem digne pati repulsam.

Homo ait: Multum videris amoris ignara doctrinae, quum id, quod omnibus est manifestum, te prorsus ignorare demonstras. Lippis namque videtur omnibus atque patere tonsoribus, quod nec sanguinis generositas nec decora multum species pertinet ad amoris emittendam sagittam, sed amor est ille solus, qui hominum ad amandum corda compellit, et saepius ipsos instanter cogit amantes alienigenae mulieris amorem exigere, id est ordinis et formae nullatenus aequalitate servata. Amor enim personam saepe degenerem et deformem tanquam nobilem et formosam repraesentat amanti et facit, eam plus

べきであると見なす考えに私の心は傾いています。なぜならば、希少な善が、ことさら貴いことは決して疑われないからです。」

男は言う、「あなたの考えはたいそう道理があり、十二分に正しいと思います。それで必然的に、一杯の優れた性質で飾られた貴族の女の恋よりもたくさんの優れた性質の庶民の女の恋の方が求められるべきであると、私は認めねばなりません。従って、庶民の階級があなたの優れた性質によって高められるに至ったが故に、私はあなたをすべての女たちのなかから唯一の女主人として選んだことは正当なことです。私はただあなた一人のためにあらゆる善をなすことを決めました。それ故、私は止むことなく神に祈ります、私の奉仕をただちに受け入れるべく固い決意をあなたの心に植えつけて下さいますように、それで私の魂が日々善をなすことがふえますように、かくして望んだ贈物を相応に手に入れることが出来ますようにと。」

女は言う、「庶民の女の階級に降って、庶民の女の愛を求めることなどあなたの高貴な生まれにはとても合いそうにありません。あなたは人柄から貴族の名を手に入れなかったように思われます。なぜならばあなたはあなたの階級の女から愛されるに値しないのですから。自分の階級の中でうまく奉仕できないとみなされる者は他の階級の中でうまく奉仕できるとは信じられません。それ故、あなたは御自分の階級の恋を求めるべきであって、他の階級の恋を求めようとなさってははいけません。そのようなむこうみずなことをして拒絶されなくてもすむためです。」

男は言う、「あなたは恋の教えをずいぶん御存じないように思われます。なぜならば、誰にでも明らかなことを全く知らないかのように言われるから。すなわち、血筋の高貴さや、姿の美しさが恋の矢を放つことになるのではなくて、男たちの心を恋へと駆り立て、大いにしばしば彼らに異質な女を、階級や姿の美しさをふみこえて、強く求めさせるのが、ひとえに恋というものであるということを通じてのかすみ目の人や理髪師^③に知られているように思われますから。なぜならば、恋は卑しく醜い女をあたかも高貴で美しい女かのように恋する男に思わせ、彼女が他のすべての女よ

quam omnes alias nobilem atque pulcherrimam deputari. Semper enim forma mulieris, quam aliquis recto corde amare dignoscitur, nimium consuevit amanti placere, quamvis omnino deformis inveniatur atque abiecta. Praeterea omnium aliarum mulierum istius respectu incultus sibi quasi videtur aspectus. Mirari ergo non debes, si te quamvis ignobilem genere omni tamen decoris fulgore et morum probitate fulgentem tota contendo amare virtute, quia non talia postulo quasi a mei ordinis mulieribus recusatus, sed ab amore taliter amare coactus, et quia tua mihi super omnibus aliis probitas complacuit atque nobilitas. Ex quibus omnibus tuae satis debet esse prudentiae manifestum, quod a tuo sum nullatenus repellendus amore, si morum in me compositio propriae noverit origini respondere.

Mulier ait: Etsi ea, quae proponis, clara forte veritate nitantur, aliam tamen ex tui ipsius verbis tibi possum iustam recusationis causam opponere, quia, ut superior a me lata et a te approbata videtur sententia continere, magis in plebeio quam in nobili genere sedet laudanda probitas. Ex quibus verbis concludendo intulisti, quod potius sit studiosae unumquemque amorem sibi copulare plebeiae quam nobilis et multa probitate decorae. Quare igitur non magis plebeius morum compositione perfectus quam multa nobilitate decorus mihi est eligendus amator? Quaeso, mihi respondeas.

Homo ait: Quamvis simplici verbo asserui, magis studiosae plebeiae requirendum amorem quam nobilis mulieris atque decorae, non tamen intelligere debes, nobilis mulieris non esse laudandum atque peroptandum amorem. Immo magis nobilis mulieris amor est eligendus, si maiori gaudeat probitate quam ipsa plebeia. Tali ergo intentione verbum protuli "magis", ut, si plebeia probior quam nobilis inveniatur, potius sit quam nobilis eligenda; si aequis in probitate passibus

りも高貴で最も美しいと見なさせるから。なぜならば、男が心から愛しているとみなされる女の姿は、たとえ彼女が卑しく、醜くても、大いに男の心を奪うものです。さらに、ほかのすべての女の姿は彼女と比べれば、彼女にとって粗野にうつります。従って、たとえあなたが低い身分の家柄の出であっても、美しく優れた性質で輝いているあなたを私は全力で愛そうとすることにあなたは驚く必要はありません。私は自分の階級の女たちから拒絶されて、こういったことを求めるのではなく、恋によって愛するよう強いられて求めるのです。またあなたの優れた性質と高貴さが何にもまして私の気を引いたからです。私の性質が私の生まれに相応したなら、決して私はあなたの恋から追い払われるべきではないということは、このようなことから、総明なあなたには十二分に明らかなことであるにちがいません。」

女は言う、「あなたのおっしゃることがたとえ明らかなる真実に根ざしていても、あなたを拒絶する別の正当な理由をあなた自身の言葉から挙げる事が出来ます。なぜならば、先程私が述べ、あなたがお認めになった考えが示していますように、貴族よりも庶民の方に誉むべき優れた性質があるのです。これらの言葉からあなたはこう結論なされた、たくさんの優れた性質の具わった高貴な身分の女よりも優れた性質の庶民の女の愛に自分を捧げる方がよいと。従って、優れた性質の具わった庶民の男を私はたくさん的高貴さで飾られた男よりも恋人としてなぜ選んではいけないのでしょうか。お答えになって下さい。」

男は言う、「高貴で美しい女の愛よりも優れた性質の庶民の女の愛の方がむしろ求められるべきであると私が率直に申したとはいえ、高貴な女の愛は誉むべきではなく、願わしいものではないと、理解していただいては困ります。もちろん、高貴な女の愛が、もし彼女が庶民の女よりも性質が優れているならば、むしろ選ばれるべきです。従って、私が「むしろ」という言葉を用いたのは、もし庶民の女が高貴な女よりも性質が優れているならば、高貴な女よりも選ばれるべきである、という意味です。両者が性質において歩調を合せているならば、どちらかが平等にイギリス女王アリ

ambulare noscuntur, aequaliter earum amor est eligendus secundum Angliae reginae Alinoriae opinionem. Ego tamen in aequalitate praefata minorem dico ordinem praeferendum esse maiori et potius eligendum. Sin autem aliter adverbium “magis” intelligatur, quam tibi sim conatus exponere, summa sequeretur absurditas et grandis inde oriretur iniquitas. Jam enim videretur sanguinis generositas hominibus intolerabile damnum adducere nullaque commoda ferre, si probior nobilis minus probae postponatur plebeiae. Si talem ergo plebeium inveneris, in quo magis quam in me cognoveris probitatem vigere, et tuum fueris sibi amorem largita, tuum non insistam improbare propositum, quum haec in superioribus tibi videatur concessa licentia. Tua igitur diligenti perquirat indagazione prudentia et digniori se adnectat amori.

Mulier ait: In tuis videris sermonibus tanquam cancer in ambulando retrogradus, quod nunc negare contendis, quod statim audaci lingua laudando firmaveras. Sed non videtur recte virili conformari astutiae ad mulieris quantumcunque prudentis sermonem contra suam quemque tam inverecunde venire sententiam, et quod dilucide paullo ante concesserat, sua nunc assertione negare. Quia tamen fas est ab errato discedere et ab eo, quod quisque minus bene sentiaverat resipiscere, si tuam simplicem et incautam studes emendare doctrinam, in hoc inveneris laude dignissimus et ab omni prudentia commendandus. Tuorum igitur verborum non modice mihi placet interpretatio, qua mihi deliberare concedis, quis mihi tanquam potior sit eligendus amator, quia illam mihi palatii amoris portam defendo, quae nec quemlibet a palatii repellit ingressu nec omnem permittit intrare petentem, sed eum demum, qui ex propria probitate, consilii tenore perpenso et subtili habita deliberatione, admittitur. Deliberato itaque et post libramina multa consilii digniorem curabo admittere.

ノリア^中の意見に従って選ばれるべきです。しかし、両者が同じであれば、低い階級の方が高い階級よりも選ばれるべきであると、私は言っているのです。しかし、もし、副詞の「むしろ」が、私があなたに説明しようとしたこととちがった意味でとられるならば、不合理なことになり、不都合が生じます。なぜならば、もしより優れた性質の高貴な女があまり性質の優れていない庶民の女の後に置かれるならば、その時には高貴な血筋は男たちに耐えがたき損害をもたらし、いかなる利益をも与えないからです。ですから、もし私よりももっと性質が優れているとみなされる庶民の男をあなたが見つけ、あなたの愛を彼にそそがれるならば、私はあなたの考えを非難しようとは思いません。なぜならば、先の議論に従えば、どうしてもかまわないように思われますから。従って、あなたは賢く、注意深く探求し、よりふさわしい恋に接すべきです。」

女は言う、「あなたのお話は蟹のように後ずさりしているように思われます。先程、私を誉めて大胆な言葉でおっしゃったことを今度は否定しようとしていらっしゃるから。どんな賢い女の言葉にも答えてかくも恥知らずに自分の意見を否定し、明らかに先程認めたことを今断固否定することは、分別ある男にとってまことにふさわしくありません。しかし、誤まりを捨て、誰もが誤まった考えから立ち直ることは当然ですから、もしあなたがあなたの単純で軽率な教えを正そうとなさるならば、あなたはきわめて賞讃に値し、分別ある人々からたたえられるでしょう。ですから、私はあなたの説明を少なからず喜んでいきます。あなたの説明は、誰が私にふさわしい恋人として選ばれるか、私が考えていることを許し与えているのです。なぜならば、私は恋の宮廷のあの門を守っているのですから。それはいかなる者をも宮廷へ近づくのを拒みもしないし、求める者のすべてが入るのを許すのもしないのです。長く討論したり、じっくり考えた後で、優れた性質の故に受け入れられる者のみを許すのです。従って、私はよく考えて、慎重におしはかって、よりふさわしい男を受け入れるよう心がけるでしょう。」

男は言う、「もし蛇が草にひそんでいないならば、またもしあなたが狡猾

Homo ait: Si anguis hic non lateret in herbis, et hanc sub calliditatis ingenio deliberationem non exposceres, svavissima mihi esset et gratiosa deliberatio talis. Sed, quia vehementer timeo, ne ex dilationis istud procedat origine, non videtur mihi tutum huic praebere proprium deliberationi assensum. Gravissimum namque mihi est et mortis videtur demonstrare vestigia, si praeter spem largiendi amoris patiaris me abire. Morosa namque dilatio pereuntis solet amoris indicare praesagia, et modica consvevit mora eventus mutare fortunae; si me igitur tui amoris spe frustratum dimiseris, me protinus mortem subire compellis, cui tua postea nullatenus poterit prodesse medela, et ita poteris homicida vocari.

Mulier ait: Homicidium aliquod perpetrare non affecto; mihi tamen consilium nulla potest ratione negari, quia iuxta cuiusdam sapientis eloquium quidquid consilii moderatione perficitur, non assvevit poenitudinis rubore perfundi sed perpetua firmitate durare.

Homo ait: Consilium tibi denegare non possum. Deum tamen assidue rogare non desinam, ut te faciat amare, quem debes.

Mulier ait: Si amori vacare eligerem, indubitanter scias, quod pro posse studerem potioris mihi solatia quaerere.

Homo ait: Liberum tibi eligendi amoris esse non dubitatur arbitrium. Ego tamen tibi nunquam servire cessabo et pro te omnibus semper obsequia cuncta praestare.

Mulier ait: Si, ut verbis assertive proponis, facto curaveris adimplere, facile non posset accidere, quin a me vel alia retributionem susciperes abundanter.

Homo ait: Tua verba Deus velit, ut veridicam sententiam ferant, et ego, quamvis corpore videar discedere, corde tamen vobis colligatus exsisto

な策を用いてそのような熟考を求めることがないならば、そのような熟考は私にとってきわめて心地よく、好ましいものでしょう。しかしそれが遅れることがあってはと、たいそう案じていますので、そのような熟考を私が認めることは安全であると私には思えないのです。なぜならば、もしあなたが、愛が与えられるという希望に反して私を捨てるならば、それは私にとってきわめて重大であり、死の印を示しているように思われますから、つまり、遅れてしまうことは消え失せる愛の兆を示すのが常です。また少しの遅れが運命の結末を変えてしまうものです。従って、もしあなたがあなたの愛の希望を奪われた私を捨てるならば、あなたはただちに死を私の身に受けさせるでしょう。あなたの治療薬は後で決して私の役に立たないでしょう。それであなたは人殺しと呼ばれるでしょう。」

女は言う、「殺害など犯す積りはありません。しかしいかなる理由によっても私は熟考することを拒まれることはありません。なぜならば、ある賢者の話によれば、熟考によってなされることは恥によって満たされることなく、永遠に存続するものですから。」

男は言う、「わたしはあなたが熟考されることをはばむことが出来ません。しかし、私は絶えず神に祈りつづけるでしょう。あなたが愛さねばならぬ男をあなたが愛するように神がなされんことを。」

女は言う、「もし私が恋に専念することを選ぶとすれば、私は力の限り、より優れた男の奉仕を求めることに努めるということ、間違いなく知って下さい。」

男は言う、「恋を選ぶのはあなたの自由意志によることは疑われません。しかし私はあなたに奉仕することをやめないでしょう、また常にあなたのためにあらゆる人に対し親切をほどこせるでしょう。」

女は言う、「あなたが言葉ではっきりとおっしゃることをもし実際実行なさろうとされるならば、あなたが私や他の女からたくさんの報酬を受けとることはないでしょう。」

男は言う、「神はあなたの言葉があなたの真実の心であることを欲しておられます。私は肉体においてあなたから離れているように思われても、

E. Loquitur nobilis nobili.

Si nobilis aliquis mulieris alicuius nobilis deposcat amorem, his illam verbis conetur attrahere. Post proposita sermonum initia taliter cordis concepta dissolvat: Tanta deprehenditur in vobis nobilitas, tantaque vos curialitas exornare dignoscitur, quod omnia, quae meo resident cordi dicenda, vestrae probitatis aspectu credo mihi licere sine reprehensionis timore narrare. Nam si non liceret hominibus sui, quum vellent, cordis dominabus aperire secreta, iam amor perisset omnino, qui omnium dicitur fons et origo bonorum, et nullus sciret aliis subvenire, omniaque curialitatis opera hominibus essent ignota.

Mulier ait: Recte sapis, et multum mihi placet audire.

Homo ait: Licet me raro corporaliter vestro repraesentem aspectui, corde tamen et animo a vestra nunquam abscedo praesentia; assidua namque de vobis habita cogitatio saepe saepius me vobis praesentem constituit et illum thesaurum, circa quem mea versatur intentio, cordis me facit oculis semper aspicere poenasque mihi affert et solatia multa. Nam, quod quis toto mentis affectu desiderat, semper timet, ne adverso turbetur eventu. Quantum igitur fidelis vobis existam, quantaque vobis devotione astringar, sermone narrare non possem. Nam, ut videtur, si viventium omnium fidelitates in unius possent congregari persona, nequaquam tanta esset, quanta est fides, quae me vobis servire svadet, nihilque tam meo cordi immutabile perseverat quam gloriae vestrae serviendi propositum, et illud mihi super omnia gloriosum existeret, et pro magna victoria reputarem, si qua possem meis actibus operari, quae vobis existerent gratiosa vestraeque accepta gratiae residerent. Quum vos igitur videre valeo, nulla me posset poena pertingere, nullius me possent insidiae perturbare; immo

心はあなたと結びついています。」

小貴族の男が小貴族の女に話す

もしある小貴族の男がある小貴族の女の愛を求めるならば、こう語って彼女を引きつけるべきである。話を始めたら、次のように、心に抱いたことを開陳しなければならない、「あなたの優れた性質に接すると、私の心の中で表わさなければならないすべてのことを、咎められる恐れなく口に出すことが出来ると、信じれるほどあなたの中にかくもたくさんの高貴さが認められますし、かくもたくさんのみやびさがあなたを飾っているのが認められます。なぜならば、もし男たちが、望んだとしても、彼らの心の秘密を貴婦人たちに打ち明けることが出来ないならば、すべての善なるものの泉であり起源であると言われている愛はすでに全く失せてしまっているでしょうし、誰も他の人を助けることが出来ないし、すべてのみやびな行ないは男たちに知られないでしょう。」

女は言う、「あなたは正しいことをおっしゃる。お聞きするのは大いに楽しいことです。」

男は言う、「私はまれにしかあなたの前に姿をあらわしませんが、心と魂において私はあなたの前から決して離れません。なぜならば、あなたについて絶えず抱いている私の思いは非常にしばしば私をあなたのそばにいさせ、私の注意が向くかの宝物を心の目で私に見させ、罰と共にたくさんの慰めを私に与えてくれるのです。なぜならば、誰でも、心のあらゆる動きによって、望んだことが逆の結果によって挫かれやしないかと、常に恐れるものです。従って、私は何とあなたに信を置いているか、何とあなたに傾倒しているか、言葉で表わすことが出来ません。生きとし生ける物の誠実さが一つの個体に集められたとしても、あなたへの奉仕を私に強いる誠実さほど大きくはないでしょう。あなたの栄光に奉仕しようとする企て以上に確固たるものは私の心の中に何一つありません。もしあなたに気に入られ、優美なあなたにかなう何かを私が私の行ないによってなすならば、それは何にもまして私には名誉なことであり、大きな勝利と私はみなすで

locorum, quibus inhabitare videmini, solus ad aera transmissus aspectus efficacia mihi praestat fomenta vivendi et solatia multa praestat amanti. Quando vero vos non possum corporali visu aspicere nec super vos constitutum aërem deprehendere, undique contra me cuncta incipiunt elementa consurgere, et varia me poenarum incipiunt allidere genera, nullo possum gaudere solatio, nisi quantum falsa mihi demonstratione dormienti somni sopor adducit. Sed licet falsa me somnus quandoque largitione decipiat, nihilominus tamen ei affectuosas offero grates, quod tam dulci atque nobili me voluit deceptione frustrare. Talis namque somniculosa largitio mihi vivendi viam modumque conservat mortisve me defendit ab ira, quod maximum munus nihi videtur atque praecipuum. Mortuo namque frustra medicina porrigitur. Sed quousque nihi affuerit licet vita poenalis, levis potest aura imbrem mihi liberationis infundere et rorem svavitatis inducere. Credo namque et plenariam gero fiduciam, quod tam nobilis tantaeque femina probitatis non diu permittet, me poenis subiacere tam gravibus, sed a cunctis me relevabit angustiis.

Mulier ait: Re vera in tua persona nobilitari novit prudentia, et habitaculum invenerunt svavitatis eloquia, quod tam provide tamque prudenter tua novisti proponere iura. Quod igitur tibi placet de mea in absentia mei cogitare persona mihi in omnibus, in quibus poteris, serviendi habere propositum, debitas tibi refero grates, et ego versa quidem vice in absentia quoque tui de te cogitabo libenter tuaque servitia suo loco et tempore non detractabo suscipere, quia tantus es tantave probitate refulges, quod nulli femininae ascriberetur honori, si tua obsequia recusaret. Praeterea nolo, ut solius sis aëris inspectione contentus, sed nostra specie poteris corporali visione potiri et opposita me facie intueri. Malo etenim ad vitae tibi conservanda gubernacula laborare quam mortis praestare causam vel

しょう。従って、私はあなたを目にすることが出来ますから、いかなる苦しみも私を捕えることが出来ず、またいかなる人の陰謀も私を妨げるものではありません。実際、あなたが住んでいると思われる所のあたりを見ると生きる力づよい刺激が与えられ、恋する者にたくさんの慰めが与えられます。しかし私があなたを肉体の上で見ることが出来ず、あなたにそなわった雰囲気を捕えることが出来ないならば、あらゆる方向からあらゆる要素が私に向かって立ち上がり始め、かつ様々な種類の苦しみが私をうちのめし始めます。眠りが私にいつわりの像をもたらすことがなければ、私はいかなる慰めをも楽しむことは出来ません。しかし、眠りがしばしばいつわりの贈り物で私を欺くとはいえ、やはり、私は心からの感謝をささげます。それがかくも甘美で高貴ないつわりによって私をあざむいたからです。なぜならば、このような眠りの贈り物は私に生きる道筋と方法を与え、死の怒りから私を防いでくれますから。このことは私には大いに貴重で大事なことのように思われます。なぜならば、死者に薬を与えても無駄ですから。しかし生命ある限り、どんなに苦痛に満ちていても、軽やかなそよ風が自由の雨を私にそそぎ、甘美な露で私をおおうことが出来ます。なぜならば、私は信じ、全き確信を抱いています。かくも高貴で誠実な婦人は、私がかくもはなはだしい苦痛に甘んじるを長くほっておかずに、あらゆる困難から私を救い出して下さるであろうことに。」

女は言う、「ほんとうに、あなたの人柄の中に思慮が高められていることがわかります。甘美な雄弁はそこに居場所を見つけました。あなたはかくも用心深くかくも賢くあなたの権利を持ち出すことを心得ていらっしゃるから。従って、私のいない時に私のことを思い浮かべて下さろうとなさることに對し、また出来る限りのすべてにおいて私に奉仕して下さろうとなさることに對し、私はあなたに当然の感謝をささげましょう。反対に、私はあなたのいない時にあなたのことを喜んで思い浮かべ、ふさわしい場所と時においてあなたの奉仕を受け入れることを拒絶しないでしよう。なぜならば、もしあなたの親切を拒絶するならば、その女はいかなる女の誉れにも加えられないほど、それほどあなたは誠実さによってきらめき返って

homicidii incurrere crimen.

Homo ait: Licet aestus temporibus tenuibus posset imbribus vita segetum prorogari, ariditatis tamen periculum evitare non possunt, nisi rore fuerint piuviali perfusæ. Potestis igitur in hunc modum, quem dixistis, vitam prorogare amanti, non autem a mortis liberare periculo graviori. Gravius enim recidivus quam initialis videtur affligere morbus et duriori cogit hominem morte deficere, et acrius amittitur, quod spe aliqua videtur possideri largita, quam quod unda voluntate speratur. Potius ergo eligerem momentaneo perire interitu quam post multas poenales angustias mortis subiacere periculis. Deliberet ergo prudentia vestra et indagazione subtili perquirat, quid vestro magis expedire videatur honori, utrumne spem amanti largiri et ab ira ipsum mortis eripere eique ad omnia peragenda bona viam aperire incognitam, an hoc denegando cunctorum bonorum praecludere viam et mortis semitam aperire.

Mulier ait: Illud quod tibi possum praestare suffragium, libera tibi voce promisi, scilicet ut quotidiana mei corporali visione utaris. Nam, quod postulas, nullis posses precibus vel laboribus impetrare; firmum etenim est et totius meae mentis propositum Veneris me nunquam supponere servituti nec amantium me poenis subiicere. Quot namque subiaceant amantes angustiis, nemo posset nisi experimento cognoscere. Tot enim poenis atque languoribus exponuntur, quod nullus posset nisi experientia doceri. Sed quamvis amoris omnino fugiam illaqueari catenis, tibi tamen et aliis beneficientibus viris benefaciendi nunquam recusabo praestare favorem.

います。さらに、私はあなたが単に宙を眺めることに満足されることを望んでいるのではなく、あなたが私の肉体上の姿を享受することが出来ることを、そして面と向かって私を眺めることが出来ることを望んでいるのです。実際、私はあなたの死の理由を示したり、あるいは殺害の罪を身に受けたりするよりも、むしろあなたの生命の舵を守るよう努める方を選ぶでしょう。」

男は言う、「炎熱の時にわずかの水によって作物の生命が延ばされ得ても、雨のしめり気の中にひたされない限り、干ばつの危険を避けることは出来ません。従って、あなたがおっしゃった方法であなたは恋する人の生命を延ばすことが出来ますが、しかし死の厳しい危険から救うことは出来ません。つまり初めての病気よりもたび重なる病気の方がより厳しく人を打ちすえるように思われ、より由々しき死によって人を果てさせます、そして単なる意志だけで望まれたものよりは、何らかの希望をいだかされて手に入るのではと思われるものが失なわれる方がより痛ましいことです。それ故に、たくさんの苦しい困難の後に死の危険に屈するよりむしろ束の間の死によって滅する方を私は選ぶでしょう。従って、何があなたの誉れにとってより一層ふさわしく思われるか、つまり恋する人に希望を与え、彼を死の怒りから解き放ち、あらゆる善行をなすべく彼に人知れぬ道を開けるか、またはこれを拒絶し、あらゆる親切の道を閉ざし、死の道を開けるのか、賢明なあなたをして考え、きめ細かく考慮して下さい。」

女は言う、「私があなたに賛同を示すことが出来ることを私はあなたに気楽に約束しました、つまり私の日々の肉体の姿を享受することを。なぜならば、あなたの要求に関して、あなたはいかなる祈願や努力をもってしても果たすことは出来ないでしょうから。なぜならば、ヴィーナスの虜にならず、また、恋する人たちの苦しみを決して甘受しないというのが私の心のすべての固い決意ですから。なぜならば、恋する人たちがいかに多くの困難に直面するか、試みる以外に誰も知ることが出来ないでしょうから。なぜならば、誰も試みる以外に知ることが出来ないほどの困難や病気に彼らはさらされていますから。しかし、私が愛の絆で縛られることを全

くはねつけても、あなたやほかの親切をなす男たちに対し親切をなすことを私は拒ばないでしょう。」

注

- (1) 12.3世紀を通じてイギリスの毛織物は評判がよかった。
- (2) *fasianus* = 優れた性質, *accipfer* = 庶民の女, *astur* = 貴族の女。
- (3) ホラティウス「サティラエ」I, VII, 3より。
*Proscripti Regis Rupili pus atque venenum/ hybrida quo pacto sit
 Persius ultus, opinor/ omnibus ot lippis notum et tonsoribus esse.*
 「追放されたレックス・ルピリスの毒舌に対して混血児ペルシウスがいかに身を守ったか、いかなるかすみ目の人や理髪師にも知られていると、私は信ずる」
- (4) アキタニアのエラネル(1122? — 1204)のこと。彼女はフランスのルイ7世と離婚し、イギリスのヘンリー2世と1152年に再婚した。